



IOannes patria Caroloftadius à pueris bonis literis operam dedit, atq; post rudimenta percepta, hinc inde in Academia liberalibus artibus & Mathematicis pifciplinis incubuit. In ijs quoq; plurimum profecit, atq; publicè docuit, ita ut doctiffimis huius scientiæ uiris adnumeraretur. Nam correxit & locupletauit tabulas Astronomicas, quas uulgò (quia omni difficultate & obfcuritate carent) refolutas uocant. Ex quibus cum erraticorū tum etiam fixorum fiderum motus tam ad præterita quàm futura, quantumuis etiã longa fecula, facilimè calculari poffunt. his accedit ratio fiue Apodixis 12 domorum cœli Ioannis de Monteregio, & præfatio Melanchtonis in has tabulas commēdatoria. Præmittuntur autem his tabulis documenta generalia ex regulis Arithmeticæ de minutijs Physicalibus, pro ufu harum tabularum neceffaria. quæ quidem omnia publicauit, & 1536 Norinbergæ edidit. Extat quoq; eiuſdem globus Astronomicus, & libellus, cum ipſo inftrumento excuſus. Compoſuit inſuper Iohannes multa alia huiusmodi, atq; effecit, ut ob præclaram eruditionem cunctis doctis innotefceret. Itaq; ei merito hoc loco inter præclaros uiros locum conceſimus.

ei merito hoc loco inter præclaros uiros locum conceſimus.

Con. Geſſ.